

eorum ipse Deus auctor sit habendus. Neque enim ad futuram modo ista pertinent immortalitatem: placida pax proponitur animorum & ineffabilis quidam amoris diuini sensus, quem nulla praestare humana potest sapientia. Atque haec sunt ista, quae Theologi vocant, argumenta diuinam fidem producentia, quibus neglectis aut ignoratis, fluctuaberis semper animo, nec, ubi secure consistas, usquam inuenies. Neque tamen propterea alterum istud argumentorum genus, quibus fides humana dicitur produci, nullius plane pretii vel utilitatis putandum est. Faciunt eiusmodi argumenta ad perspiciendam sacrae scripturae praestantiam atque dignitatem, vel ipsa recta ratione iudice: muniant animum contra impudentissimas vanorum hostium criminationes, atque inferuiunt, tamquam leuis armaturae copiae, procul detinendis illorum molitionibus, ne ea, qua solent audacia & impudentia ipsam queant arcem inuadere. Quod cum

T I B I,